



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 53. Constantini Porphyrogeniti exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

vis ægrotos sanaret, alios homines se Sæculum X.
invocantes juvaret, & miracula, qualia A. C. 959.
vivus patraverat, mortuus etiam pluri-
ma ederet.

§. LIII.

Constantini Porphyrogeniti exitus.

Constantinus per annos adhuc quinde- *Cedr.p.635.*

cim, ex quo a Romani liberorum-
que ipsius insolentia liberatus fuerat, so-
lus imperans, nihil proborum omnium
expectatione dignum egit. Vinum im-
modice potabat, laborem fugiebat, &
ubi iram conceperat, nulla ratione ani-
mum mitigari patiebatur, cum reos pu-
niebat, nullum misericordiæ locum da-
bat. Desidiosus non pensatis suorum
meritis officia & munera publica indi-
gnis conferebat; unde Imperatoris im-
becillitate ad explendam avaritiam ut-
entes Helena Imperatrix & Basilius e-
jus frater Cubicularius cuncta officia,
accepta pecunia, in suos clientes divi-
debant.

Porro in Constantino illud tamen
laude dignum invenitur, quod scientias
artesque ab Antecessoribus suis negle-
ctas amaverit, quas ut pristino splendo-
ri restitueret, viros excellentes undique
conquisitos publice docere jussit. Scho-
læ Philosophicæ Constantimum Proto- *Pofl.Theo.*
spatarium & Mysticum, Rheticæ Ale- *p.278. n.14.*

xan-

Sæculum X. A. C. 959. xandrum Metropolitam Nicenum, Ge-

metriæ Nicephorum Patricium, Astro-
nomiæ Gregorium, sibi ab Epistolis, præ-
ficit. Studiosos fovebat, familiariter
colloquebatur, pecunias suppeditabat,
quin & mensæ regiæ adhibebat. Unde
brevi tempore omnes Scientiæ florere
cœperunt. Sed nec artes ceteræ extra
curam Imperatoris erant, quas, et si non
p. 280. m. 22. didicisset, perspicaci ingenio usque adeo
capiebat, ut pictoribus eximiis, Aurif-
cibus, Fabris, Sectatoribus lapidariis, a-
liisque mechanica tractantibus, errores
monstrareret. Erat etiam Constantinus,
saltem speciem externam spectando, ad-
modum Religiosus, & quoties in Festis
solemnibus Ecclesiam adibat, dona ma-
gnificentia Regiæ convenientia, vasa au-
rea gemmis fulgentibus coruscantia, &
velamenta Altarium pretiosa offerebat.

Cedr. p. 635. Constantinus anno nongentesimo
quadragesimo nono Romanum filium
suum coronari voluerat, qui elapsò ex-
p. 641. inde toto decennio, annum agens vige-
simum, & moræ immensæ, ut regnandi
avidè videbatur, impatiens, patri medi-
cinam sumturo immixtum venenum
porrigi jussit, cuius cum partem solum-
modo hausisset, morbus quidem, sed
necdum mors secuta est. Mense autem
Septembri anno a creatione Mundi 6468.
Iesu Christi 959. Indictione tertia in-
choa-

choata, Imperator ad montem Olym- Sæculum X.
pum in Natolia profectus, in speciem, A. C. 959.
ut se Eremicolarum oratione communi-
ret, priusquam adversus Musulmannos
moveret in Syriam, re vera ut cum Theo-
doro Cyziceno de prætextu Polyeuctum
Patriarcham deponendi arcana agitaret
consilia, ibi morbo iterum vexatur, at-
que doloribus ingravescentibus Con-
stantinopolim revicitur, ubi nona Octo-
bris, annos natus quinquaginta quatuor,
postquam ab obitu Alexandri patrui sui
regnasset annis quadraginta octo, occu-
buit. Successit patri Romanus filius,
dictus Romanus junior, quo ab avo suo
materno discerneretur.

§. LIV.

Attonis Vercellensis Epistolæ.

In Italia Berengarius filiusque ejus Ad-
albertus more tyrannorum imperan-
tes, cum facile intelligerent, invidiosam
populis esse suam potentiam, & seditio-
nem timerent, ab Episcopis petierunt,
ut datis obsidibus constantem fidem pro-
barent. Atto Episcopus Vercellensis *Atto. epist.*
data ad Collegas suos Epistola rogavit, *II. to. 8.*
ut scripto suam sententiam aperirent, *Spicil. p. 132*
quoniam eos coram consulendi libertas
non erat. *Quæro, inquit, an expediti
obsides dandi sint, an scire debeant, &
consentire, quo pacto se se obligent. Quid
nobis*